

Legione ; quando, nell' anno seguente aveva similmente assolto gli ambasciatori fiorentini dalla scomunica incorsa da quella repubblica, per avere impiccato nella pubblica piazza l' arcivescovo di Pisa, ed aver fatto prigioniero il cardinale di san Giorgio ; quando

» quae legi debebunt. Informetur papa de
 » poenitentia, ut cogitet et deliberet quae
 » ei videatur imponenda. Et an placeat san-
 » citati suae, quod finito officio, omnis
 » ejus palatina familia, simul cum praelatis
 » suis palatii associant oratores ipsos usque
 » ad habitationem eorum. Habeatur alius
 » liber missalis cum imagine crucifixi pro
 » juramento oratorum. Habeatur in quin-
 » terno forma absolutionis in bona littera,
 » quam papa leget. Habeantur virgae in
 » totum tredecim, ex quibus una pulchrior
 » pro papa cum manutergio in extremitate.
 » Nulla sint pro cardinalibus sedilia, sed
 » omnes circumstent. Omnes officiales cam-
 » erae adsint et omnes poenitentiarum.
 » Cardinales sint cum cappis violaceis et
 » similiter omnes praelati solito more. Et
 » hi omnes officiales sint ad sinistram pa-
 » pae, sed praelati alii ad dexteram: Et
 » ante papam provisionati et custodes pa-
 » latii patefaciant locum, ut papa commode
 » et cardinales ibi esse possint. Oratores
 » praeveniant ad palatium et in aliqua cam-
 » mera expectent descensum papae ad por-
 » ticum. Pro missa cantanda praeparetur
 » in ipsa basilica capella Sixtina tam pro
 » papa quam pro omnibus solitis, et R. P. D.
 » Franciscus Argentinus venetus episcopus
 » Concordiensis datarius missam cantet de
 » Dominica more solito. — Omnibus para-
 » tis et ordinatis, papa exit, et paratus ut
 » in Dominica quadragesimae convenit,
 » defertur in sede sua gestatoria usque ad
 » porticum, quem oratores praeveniant ad
 » suggestum locum. Papa in eadem sede
 » gestatoria posita super suggesto sedet,
 » cardinales circumstant. Super solio sint
 » soli hi, videlicet, magister caeremoniarum
 » et secretarius; ad sinistram, in angulo
 » suggesti, procurator fiscalis et advocatus
 » et notarius camerae. Stantibus omnibus
 » indicatur silentium. Oratores ex gratia
 » petunt osculum pedum, et papa ex gratia
 » concedit et redeunt ad locum suum, idest,
 » in supremo gradu suggesti omnes genu-
 » flexi: ex quibus primus aut quisvis ex eis
 » unus dicit alte quidquid placet, veniam
 » petendo ac misericordiam et absolutio-
 » nem, attento quod parati sunt satisfacere
 » et jurare. Procurator fiscalis petit an ha-
 » beant mandatum sufficiens, quod osten-
 » dant. Oratores ipsum mandatum exhi-
 » beant jam provisum et sufficiens. Papa
 » mandat legi per suum secretarium capi-
 » tula ac pacta inita. Quibus lectis procu-
 » rator iterum petit an velit illa jurare et
 » etiam jurare de parendo mandatis papae
 » et ecclesiae. Et oratores offerunt se para-
 » tos. Interim liber missalis per magistrum
 » caeremoniarum aperitur et in genua pa-
 » pae ponitur, quem diaconi cardinales as-
 » sistentes hinc inde sustinent, pontifice
 » manum apponente: Et oratores ascendunt
 » et singuli ambabus manibus tactis scriptu-
 » ris et imagine jurant, promittunt et obli-
 » gant: De quibus procurator fiscalis re-
 » quirat notarium, ut stipuletur et instru-
 » mentum agat. His factis pontifex loquitur
 » adversus oratores quidquid placet, et sic
 » concludit quod paratus est illos absolvere.
 » Et sic datis virgis tam papae quam cardi-
 » nalibus duodecim, ut supra, pontifex in-
 » cipit psal. *Miserere mei, Deus*, quem
 » cum cardinalibus alternatim responden-
 » tibus usque ad finem prosequitur et pro
 » unoquoque versu semel oratores leviter
 » super spatulis percutiuntur. Dicto psalmo,